



DISPUTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA  
DE  
CONTUMACIA  
JUDICIALI, 1663, 15

Quam  
Divinâ favente Gratiâ,

Ex  
Magnifici, & Nobilissimi Jctorum in Illustri  
Salanâ Ordinis Decreto, 12 1/2

SUB PRÆSIDIO

*Viri Magnifici, Nobiliss. Ampliss. Consultiss. ac Excellentiss.*

DN. CHRISTOPHORI PHILIPPI

Richters / Jcti, & Comit. Palat. Cæsar. emi-  
nentissimi, Decret. Prof. Publ. famigeratissimi, Con-  
sil. Sax. meritissimi, Facult. Jurid. Ordinarii, ut  
& Dicaster. Prov. & Scabinat. Assessor.  
primarii gravi simi.

*Dn. Patroni sui, ac Doctoris summâ observantiâ ævum colendi,*

PRO LICENTIA

Legitimè capeßendi summos in utroque Jure honores,  
& privilegia Doctoralia.

*Publicæ Eruditorum disquisitioni exponit*

JOHANN-FRIDERICUS GEORGI, Bohem.

Ad. d. Febr. AN. M. DC. LXIII.

*Loco, & horis tam ante, quàm pomeridianis consuetis.*

JENÆ, LITERIS GEORG. JENGENWALDS.



DISPUTATIO INAUGURALIS  
DE  
GOTTESLEHRE  
JUDICIALI  
VON  
MAGISTER JOHANNES GÖTTSCHEWITZ  
PRAESIDIUM  
DE  
DIESENBACH  
PROFESSOR  
AN DER UNIVERSITÄT  
HALLÉ  
1844  
HALLÉ  
VERLAG VON  
H. W. SCHULZE  
HALLÉ





THESES I.

**U**rispudentiæ nostræ studium cum sit Practicum, ideò non nudis illud constat speculationibus; sed tota ejus perfectio consistit in applicatione Juris ad causas forenses, notitiaque ejus, quod in ipsis rerum obtinet argumentis. §. 3. *Inst. proem.* Hinc est, quod veram, non simulatam Philosophiam affectare dicantur *Jctim l. 1. §. 1. d. 7. & 7.* hoc est, non antiquis fabulis, & inutilibus verborum altercationibus tempus terere. *d. proem. Inst. §. 3.* sed quod usu obrinet, & in Judiciis frequentatur, sectari debent. §. 11. 7. *de except.* Fori itaque tritura nobis semper ob oculos esse debet posita, utpote quæ optima legum interpres dicitur. *l. 37. d. LL. & auctoritatem, vimque legis obtinere. l. 38. eod. ad quam etiam tanquam ad magistratam remittitur in §. 6. 7. d. farsidat.* Proinde præsentem materiam practicabilem, inque foro non minus frequentem, quam utilem manibus subicere lubuit. Ut sic viam illam ingredi assuescar, qua veram aliquando Philosophiam invenire mihi liceat. Tractabo autem eam secundum ingenii mei vires: hoc est, quam brevissimè, & simplicissimè dicendo 1. à quo, 2. quomodo committatur, 3. quomodo coerceatur, & 4. excusetur Contumaciæ crimen.

II.

Contumacia autem nihil est aliud, quam inobedientia er-  
 §<sup>a</sup> Judicem commissa. *l. contumacia. §. 3. pr. & §. ult. d. re judic. c. 1.* Contumacia desinat-  
*d. appellat. in 6. Hostiens. ad Tit. X. d. dol. & contum. Lancellos. lib.* tio.  
 3. *Inst. Jur. Can. de dol. & contum.* Vel: inobedientia ejus, qui  
 legitimè vocatus præsentiam sui coram Judice facere contem-  
 nit. *d. l. 53. junct. l. un. si quis Jus, dic. c. 1. & tit. X. d. dol. & con-*  
*127. ibiq; Cæsius.* Hinc dictam volunt à contemnendo. *Cujac,*  
 A 2 *ad c. 1.*



ad c. 1. d. dilat. & lib. 18. obs. c. 36. vel à Con. & tumeo, hoc est tur-  
geo; quia contumax inflatur, & superbus efficitur, nolendo a-  
liis parere *Marant. p. 6. tit. de contumac. n. 7. Ditz. Eras. Unge-  
paur. ad Tir. X. d. dol. & contum. n. 3.*

### III.

A Quibus  
contuma-  
cia com-  
mittatur

Hac ratione in genere contumax dicitur omnis, qui ali-  
quid præcipienti obtemperare debens, malitiosè non obtem-  
perat. *l. 53. d. re judic.* Quare committi potest contumacia non  
modo judicialiter, de qua nostra erit disertatio; sed & extra ju-  
dicialiter. Qualiter contumaces sunt Duces belli, & milites  
contra mandata avocatoria in militia contumaciter perseve-  
rantes. Contra quos ex *Constit. Pac. Publ. Carol. V. Tit. Bon  
Mandaten des Cammer-Gerichts wieder die Friedbrecher* & *O. C.  
p. 2. tit. 9. §. und ob sich &c.* proceditur. *Vid. Gail. lib. 1. d. P. P. c. 4.  
Itemque c. 8. & lib. d. Arrest. Imper. c. 10. n. 1.* ubi alia adducit  
exempla. Sed de his dicendi locus jam non est.

### IV.

In presenti contumaciam committunt potissimum I. Actor.  
*Nov. 112. c. 3. Auth. qui semel C. quom. & qu. 7. d. II. Reus. l. 1. §. 4.  
d. interr. in 7. fac. l. 14. §. 1. d. appell.* Dispositio enim loquens  
de uno, ad alterum quoque extenditur, nisi expressa subsit ratio  
diversitatis. *Jacob. Ayr. Histor. proc. Jur. p. 1. c. 4. obs. 3. n. 9. sequi*  
II. Procurator cum mandato generali: cujus contumacia no-  
cet domino, qui propterea non auditur, nisi refusus expensis.  
*Barrol. in l. 1. §. si procurator. si quis Jus dic. Ayr. proc. d. obs. 3. n. 14.*  
IV. Tutores, & Curatores contumaciæ crimen incurrunt, ad eò  
ut contra eos in Camera ad bannum vel bonorum immisionem  
procedi possit. *Gilbauf. arb. Judic. Civ. c. 5. ram. 4. n. 6.* V. Minor:  
qui sine curatore legitimam personam standi in Judicio non ha-  
bet. *l. clarum, 4. C. d. auct. prest. l. cum & minores. 4. C. si advers.  
rem judic.* Propterea ad Instantiam actoris judex minorem  
citare debet, ut ad terminum compareat, curatoremque ad li-  
tem nominet, quo non comparente, judex ex officio curatorem  
dabit, ne ex contumacia minoris judicium cum actoris incom-  
modo in suspenso sit. *l. 3. §. pupillus. d. iur. l. 1. C. qui pet. iur. Gail. 2.  
obs. 108. n. 3.* Præterea propter contumaciam minor non auditur,  
nisi



nisi refusus expensis. *Bartol. in l. si finia, s. si forte. d. dam. infec. Ayr. d. obs. 3. n. 16. VI. Universitas quoq; & Collegiū contumaciæ pœnâ incurrit. per l. sancimus. 15. ibiq; Jason. n. 7. vers. quinto. C. de Judic. quia appellatione personæ venit etiam universitas. Jaf. d. loc. Auth: item quicunque, ibique Bald. C. d. Epif. & Cler. c. romana s. vers. in universitatem. d. sent. excom. in 6. Ayr. d. obs. 3. n. 19. 20. VII. Idem obtinet in Ecclesia. Jaf. in d. l. sancimus. tum quia Ecclesia, & minor æquiparantur. c. 1. d. in integ. restit. tum quia utitur Jure communi in casibus, ubi non specialiter privilegiata reperitur. c. 1. s. si clientibus. d. alien. fendi. Ayr. d. obs. 3. n. 17. Jason. in d. l. sancimus. n. 7. VIII. Testes etiam contumaciam incurrunt. Cum enim depositio testium sit munus publicum, & necessarium, idem etiam invitè ad testimonium dicendum cogi possunt. l. si quando. 19. cum Auth. seq. C. d. testib. rer. tit. x. d. testib. cogend. c. cum causam. d. test. Hinc citati sed parere nolentes pœnis coerceri possunt, puta capione pignorum. c. fin. d. test. cog. l. 3. s. exhibere. d. tab. exhib. l. 16. Et d. l. si quando C. d. testib. Itemque damnorum refusione. *Castrens. in c. quoniam contra. d. probat. Ruyger. Rul. de commiss. p. 2. lib. 2. c. 7.**

V.

Variis autem modis committitur contumacia vel 1. & potissimum, si citatus planè non comparet. l. 53. d. re judic. l. 68. *Quibus modis committatur.* d. Judic. c. 43. caus. ii. q. 3. Et tunc sive personaliter compellatus respondeat; se nolle venire; sive spontè latitet, ne citatio ad eum possit pervenire; aut impediatur, vel per se, vel per alios, ne citari possit. c. 23. x. ut lit. non contest. *Gilhaus. arb. Judic. crim. c. 5. ram. 1. n. 10.* Vel 2. si comparet quidem, Judici autem se non exhibet, sed vel post columnas, aut ostium latitet, ne Judex eum agnoscat. *arg. l. 7. s. 13. quib. ex. caus. in poss. eat. l. 36. d. reb. aut. Jud. poss. Gilhaus. d. ram. 1. n. 11.* Vel 3. exhibet quidem se, sed non legitimo modo, v. g. si stipatus farellicibus, ut Judici sit formidabilis; vel non instructus veniat. l. 13. s. 2. C. d. Jud. aut minus instructum procuratorem mittat. c. 3. X. d. dol. Et contum. Paria enim sunt non comparere, & non legitimo modo comparere, *arg. c. si quis. 46. s. si autem. d. Elect. in 6.* Vel 4. illicitiatus recedat. c. certum.

A 3

est





est. 43. c. 11. q. 3. Gilhaus, d. ramus: l. n. 8. Coll. Jur. Arg. Tit. si quis jus dic, non obtemp. Porro 5. committitur contumacia, vel non respondendo, aut obscure respondendo. l. de atate. 11. §. qui tacuit. 4. & §. 7. d. inter. in 7. fac. vel ad mandatum Judicis non restituendo. l. qui restituere. 68. d. R. V. vel iussus non exhibendo. l. ult. §. iussus. 1. d. appell. & relat. vel jurare recusando. l. manifesto 38. d. furei. sive vol. & c. vel non defendendo. l. omnium. 37. d. procur. Gilhaus, d. ramus: l. n. 13. seqq. Du. Erasm. Ungep. ad Tit. x. d. dol. & cont. n. 6.

VI.

Requisita contumacia, tur 1. Ut quis fuerit citatus. l. 53. d. re Judic. Citatio autem est, vel publica. quæ fit per Edictum publice in trium Dominorum territorii affixum: casu, quo reus latitat. & inveniri nequit. arg. Clem. ult. d. Judic. Nov. 134. c. 5. Gail. 1. obs. 56. n. 7. quæ eundem habet effectum, citatumque facit contumacem, ut personalis. Gail. 1. obs. 57. n. 12. sicut pronunciatum refert Dn. Carpz. Jur. for. p. 1. c. 2. d. 29. vel privata: eaque rursus fit vel ore tenus, vel per literas. 2. ad inducendam veram contumaciam non sufficit una citatio simplex, sed requiritur triplex, aut sanè una peremptoria. l. 53. de re Judic. l. 9. C. quom & quan. Jud. Cùm enim hîc non quælibet intelligatur contumacia; sed quæ singulares producat effectus; hinc oportet talem esse, quæ veram malitiam includit, ad quam arguendam trino actu opus esse judicavit. d. l. 9. C. quom. & quan. Jud. 3. requiritur, ut citatus sciat se citatum esse. Toties enim pro vero contumace habetur, quoties scientia citationis imbutus absque causa tamen non comparuit. l. 73. fin. d. Judic. l. 23. §. ult. d. appell. Quapropter in orali citatione ipsi vocando denunciatio in faciem fieri debet, maximè prima vice. Quod si tamen ejus copia haberi nequit, sufficit, si ad domum denunciatio fiat. id est, alicui domesticorum denuncietur. arg. c. 3. & c. ult. x. d. dol. & contum. O. C. p. 1. tit. 38. Sin scripta sit citatio, tunc per nuncios publicos regulariter insinuari, atque in manum citandi tradi debet: O. C. d. tit. In Edictali verò citatione ipsa publica affixio est loco insinuationis, Hinc



Hinc 4. requiritur, ut citatus dolose, & per contemptum Judicis non compareat, aut obtemperet. Cum enim contumacia puniatur ut delictum, dolus omnino requiritur. *d. l. 53. §. pœnam. d. re judic. Cef. ad tit. x. d. dol. & contum.* Qua ratione verba ad contrahendam contumaciam non sufficiunt, adeoque si citatus dicat se non compariturum, & tamen postea comparet, aut de justo docere potest impedimento, non fit contumax. *Coll. Jur. Arg. Tit. si quis Jus dic. non obtemp. B. Erasm. Ingep. ad Tit. x. d. dol. & contum. n. 4. §. 5. requiritur, ut contumacia à parte adversa fuerit accusata. l. 13. §. 2. C. d. Judic. quæ accusatio fieri debet in termino peremptorio. Mar. specul. aur. p. 6. memb. 2. n. 19. Quoniam Judex officium suum non impertit, nisi imploratus. l. 4. §. 4. d. dam. inf. Coler. d. proc. execut. p. 1. c. 2. n. 22. Quod tamen in publicis criminibus, v. g. homicidio secus est: ubi Judex per modum inquisitionis procedit: reum per Edicta citat, literas subsidiales emittit. l. 1 §. 2. d. requir. reis. contumacem damnat, ut ex infra dicendis apparebit.*

### VII.

Pœna contumaciæ non est semper eadem, sed variat, tum ratione personarum; ita aliter punitur actor contumax, aliter reus: tum ratione causarum; dum non eadem ubique pœna in criminalibus locum habet, quæ in civilibus: tum ratione modi contumaciam committendi. Quia ratione modo levior, modò gravior habetur contumacia, adeoque etiam pœna modò levior, modò gravior erit. *l. relegati. 4. & l. capitalium. 28. §. solent quidam. 3. d. pœn. Gail. d. Arrest. Imp. c. 1. n. 17. Actoris contumacia sequenti modò coercetur: si is ante litem contestatam per contumaciam non comparet: tunc ad petitionem suam reus ab instantia Judicii absolvitur. Coler. decis. 104. n. 3. Salvum tamen adhuc manet actori Jus agendi ex alia Instantia, modò expensas, & viatica reo exsolvat. juxta l. eum quem temere. 79. d. Judic. cautionemque de lite prosequenda præstet. Gilb. arbor. Judic. civil. c. 5. ram. 3. n. 5. antequam enim refundat expensas, ad audientiam non admittitur. c. 1. d. dol. & cont. in. v. l. eum quem. 79. d. Judic. l. sancimus. 15. ibique Bartol.*

Pœna contumaciæ.

Actoris ante litem contestatam.



*Bartol. & Bald. Menoch. d. arbitr. quæstion. lib. 1. quæst. 36. n. 7. Dn. Ungep. ad Tit. x. d. dol. & cont. n. 7. Zesf. ad d. tit. n. 5. Termin. proc. Judic. c. 16. n. 1. 2. ubi formulam accusationis tradit. Et hoc in tantum verum est, ut non audiatur, si saltem unicus nummus adhuc restet. Ayres. Histor. proc. Judic. p. 1. c. 4. obs. 3. n. 21. Jason. in d. l. sancimus. n. 7. vers. octava. C. d. Judic. Imò obtinet hoc non solum in hac causa, in qua contumax est verum etiam in aliis, quas coram eodem Judice habet. Dd. ad L. consentaneum, s. C. quom & quan. Jud. Jas. in d. l. sancimus. n. 2. Ayres. d. obs. 3. n. 22. Idem obtinet in causis criminalibus, quando proceditur per viam denunciationis. Contumax enim denunciatus non auditur, nisi refusus expensis Jason. d. l. sancimus. n. 7. Ayres. d. obs. 3. n. 28. Actor tamen, ut dictum, non plane excluditur, sed emisis trinis Edictis, singulis triginta dies continentibus, vel unico peremptorio. d. l. 8. & Auth. seq. l. 9. C. quom. & quan. Jud. Dn. Ungep. ad d. tit. X. d. dol. & contum. n. 7. anni spatium actori conceditur, intra quod si compareret. refusus expensis, litem prosequi potest. Vm. disput. d. process. 6. b. 2. n. 9. Sin in contumacia persistat, elapso anno Judex causam cognoscere, & secundum ejus merita sententiam pronunciare potest definitivam, quâ in totum actor ab intentione sua excluditur. per Auth. qui semel. C. quom & quan. Jud. Nov. d. litigiosis 112. fin. c. causam. 3. d. dol. & contum. ibique Dn. Ungep. n. 7. & Cas. n. 5. Matth. Coler. decis. 107. n. 4. Quod si jam comparuit semel actor, libellumque exhibuit & postea lite nondum contestata contumaciter emanet, reus potest in contumaciam actoris litem negativè contestari, probationemque suæ intentionis, vel per testes, vel alia documenta suscipere. Auth. qui semel. C. quom & quan. Jud. Par. norm. in c. causam qua. d. dol. & cont. Gail. 1 obs. 59. n. 4. Atque ita causa sufficienter cognita (nam si de causa satis non constat, reum ab observatione Judicii saltem absolvet. Dn. Ungep. ad d. tit. X. d. dol. & cont. n. 7.) potest vel reum absolvere c. 3. X. d. dol. & cont. ita, ut denuo agere volentem exceptione rei judicata repellat. Cas. ad d. tit. X. d. dol. & cont. n. 5. vel condemnare, si actoris causa melior inveniatur. l. 13. & si quis.*



*si quidem, 2. C. d. Judic. Cas. d. loc.* Rationem verò diversita-  
 tis: quod scil. absente auctore, lite etiam nondum contestatâ,  
 testes recipi, & in causa principali definitivè pronuciari  
 possit; secus verò sit in reo: quo contumace ante lit: con-  
 testationem ad definitivam perveniri non potest, *per text. in*  
*c. quoniam frequenter. §. in aliis, ut, lit. non contest. c. prout. d.*  
*dol. & cont. ibique Panorm. n. 18. tradit Gail. 1. obs. 59. n. 6. quo-*  
*niam major est contumacia auctoris, quàm rei. per Gl. in c. cau-*  
*sam que, d. dol. & cont. utpote qui invitus ad agendum nõ com-*  
*pellitur. tt. C. ut nemo invitus agere.* Sicut quidem reus ad de-  
 fendendum, *per text. in l. 2. si quis in jus, voc.* Sive tamen reus  
 condemnetur, sive absolvatur, semper actor contumax in ex-  
 pensas est condemnandus, *per l. properandum. 13. §. si autem.*  
*vers. propter solam absentiam contumaciam. C. de judic. l. sancimus.*  
*15. C. eod. Gail. 1. obs. 60. n. ult. Dn. Ungep. d. t. X. d. dol. & cont. n. 7.*  
*Gilb. arbor. Judic. Civil. c. 5. ram. 3. n. 7.* Eodem modo etiam Post lit.  
 proceditur contra actorem post litis contestationem non cont. st.  
 comparentem. *Dn. Ungep. d. loco.*

VIII.

De Jure Camerali contra actorem in comparendo con-  
 tumacem proceditur hoc modo: si in termino emissæ primæ  
 citationis non comparet; reus petit, ut proclamate factio auff  
 beschehen ausruffen/tribusque juridicis elapsis, ipse à citatione  
 absolvatur, *O. C. p. 3. tit. 42. §. erstlich so der Kläger;* quod et-  
 iam non denegatur, sed terminus citationis pro circumducto  
 habetur. *Panorm. in c. causam que d. dol. & contum. Gilb. arbor.*  
*Judic. civil. c. 5. ram. 3. n. 5.* Et si actor post hanc abso-  
 lutionem veniat, justasque absentia causas, alleget, à contu-  
 macia licet excusetur, *per l. contumacia. 53. de re judic.* à cir-  
 cumductione tamen termini non excusatur, sed nova opus est  
 citatione, priori jam extinctâ, ne Judicium maneat in pen-  
 denti, *propter text. in l. non quemadmodum. 35. d. Judic. O. C. p.*  
*3. tit. 12. §. fin. Gail. 1. obs. 59. n. 2.* Quod si post primam compa-  
 ritionem, libellique oblationem, lite tamen nondum contesta-  
 tâ actor contumaciter emanat, tunc factio proclamate, tri-  
 busq; Juridicis elapsis in arbitrio rei est: an velit petere abso-  
 lutio-

Contumacia  
 de Jure  
 Cam.

B

lutio-





lutionem à citatione, vel observatione Judicii (quod posteri-  
 us tamen non tam facillè impetrabit, sicut priùs illud, utpote  
 quod pinguius est remedium. Nam si à citatione saltem ab-  
 solvitur, non plenè ipsi consultum erit, quia actor veniens, re-  
 fusis expensis, potest eum de novo citandum curare super eo-  
 dem libello. *Bart. in Auth. qui semel n. 13. C. quom. & quand.*  
*Iud. per. d. l. sancimus. C. d. Iudic.* Quod secus est, si absoluti-  
 onem ab instantia, & observatione Judicii impetraverit, quam  
 tamen impetrare nequit, nisi adversarius ad videndum, & au-  
 diendum citetur. *Frider. d. mandat. c. 20. n. 8. Gilhaus. arb. Iudic.*  
*civil. c. 5. ram. 3. n. 6. Termin. proc. Iudic. c. 16. n. 5. arg. l. si praes.*  
*6. C. quom. & qu. Iud.)* an verò in contumaciam actoris litem  
 contestari, probationes suscipere, *juxta. d. Auth. qui semel*  
*meritaque causæ diducere, eum in finem ut ab actione absol-*  
*vatur. O. C. d. tit. 42. §. wo aber der Kläger. Gilb. d. ram. 3. n. 5.*  
*Gail. 1. obs. 59. n. 4.* Quod etiam procedit actore post, litem  
 contestatam non comparente, ut scilicet, sententia juxta merita  
 causæ proferatur, ita tamen, ut si vincat reus, sive succumbat  
 in causa principali, actor semper in expensas condemnatur.  
*O. C. p. 3. tit. 43. §. würde aber. Gilhaus. d. ramus. 3. n. 6.* De jure  
 Sax. eodem ferè modo proceditur contra actorem, uti de Jure  
 communi. *Ord. proc. Iudic. Elect. tit. 10. pr. Hartm. Pist. obs.*  
*140. n. 1. König. in proces. c. 36. n. 1. seq. Carpzov. Ipr. for. p. 1. Conf.*  
*9. def. 22.* Tantum de actore.

Rei contu-  
 macia pu-  
 nitur.  
 Antel lit.  
 contest.

IX.

Reus si contumax est in comparendo; ante litem conte-  
 statam, actor non potest procedere in causa principali ad li-  
 quidationem, & sententiam definitivam, *propter text. in c. quop-*  
*niam frequenter. §. in aliu. ut lit. non contest. c. prout. d. dol.*  
*cont. ibiq. Panorm. n. 18. Gail. 1. obs. 59. n. 5.* Sed alia remedia a-  
 ctori sunt prodita; 1. est missio in possessionem rei. Quod ita  
 procedit: Reo trina vice, vel unâ pro omnibus peremptoriâ;  
 citato, & ad partis instantiam in contumaciam damnato.  
*Termin. proc. judic. c. 17. n. 8.* actor mittitur in possessionem bo-  
 norum ex primo decreto; & si quidem actio sit realis, in rem  
 ipsam petitam, rei servandæ, aut custodiendæ causa. *l. Fulcine*



us. 7. §. Celsus & seq. quib. ex caus. in poss. c. quoniam frequenter.  
§. in aliis. X. ut lit. non contest. Termin. proc. judic. c. 17. n. 3. Dn.  
Ungep. ad tit. X. d. eo. qui mitt. in poss. n. 8. Coler. decis. 104. n. 5.  
Sin personalis, & siquidem res certa petitur, etiam in eandem  
fit missio. d. §. Celsus, Termin. d. 10. n. 4. Si verò res incerta,  
vel genus, aut quantitas, olim fiebat missio in universa bona;  
hodie verò pro mensura solius debiti declarati. d. c. quoniam  
s. ult. & Auth. ei qui jurat. C. de bon. auth. Judic. poss. Coler. d.  
decis. 104. n. 5. Decernitur autem hoc casu possessio i. rerum  
mobiliium, his non existentibus, aut non sufficientibus, etiam  
immobiliium. c. ult. in fin. ut lit. non cont. & c. his quoque non  
sufficientibus, etiam rerum incorporalium, vel nominum. l. à  
Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. d. re judic. Dn. Ungep. ad d. Tit.  
X. de eo, qui mitt. in poss. Gilb. arb. judic. civil. c. 5. ram. 4. n. 7. per  
c. ult. §. in aliis fin. ut lit. non contest. Cùm autem nominum  
vera possessio non fit; l. si ades. 32. §. 1. d. S. P. V. l. sequitur. 4.  
§. si viam. 27. d. usurpat. & usuc. itaque hoc agitur: ut Judex  
rei contumacis debitores convoet, eisque interdicat, ne ei  
solvant sine suâ licentia, sed actori respondeant. Wesenb. w. tit. d.  
dam. inf. n. 6. Dn. Ungep. ad d. t. n. 3

X.

Ceterùm per hanc missionem actor nec dominium, nec  
veram possessionem acquirit, sed tantum detentionem. c. fin.  
§. in aliis. ut lit. non contest. l. 15. §. si quis. 20. d. dam. inf. l. is, cui  
s. pr. ut in poss. legat. Sed tribuit saltem Jus pignoris. l. non  
est mirum. 26. pr. d. pignor. act. l. si decreto. 2. C. qui pot. in pign.  
Wesenb. w. quib. ex caus. in poss. ear. n. 8. Ut reus tadio perpetuæ  
custodiæ affectus compareat, cautionem judicio fisci præstet, &  
damna actori, quæ passus est, restituat. d. l. is cui. s. pr. Auth. &  
qui jurat. C. d. bon. auth. judic. Quod si fecerit intra statum  
tempus, missio hæc aboletur. Nov. d. exhibend. & introduc. reis.  
53. c. 4. fin. Dn. Ungep. ad d. tit. n. 3. Idque obtinet non so-  
lum in personali actione, sed etiam in reali, ut scilicet reus pur-  
garâ dicto modo contumaciâ possessionem recipiat, c. 1. & 2.  
X. d. eo, qui mitt. in poss. Cæf. d. tit. n. 1. Dn. Ungep. ibid. n. 9. Sin verò  
reus in contumacia persistat; tunc casu, quo realis actio in-

B 2

tentata



tentata fuit, post anni lapsum, missus verus efficitur possessor.  
*c. 1. X. d. eo, qui mitt. in poss. Dn. Ungepar. d. t. n. 10. itemque  
Cas. n. 2. Bartol. in l. 3. §. fin. d. A. P.* Neque hic opus est se-  
cundo decreto, sed fertur saltem sententia declaratoria domi-  
nii. *l. ex diverso. 35. §. 1. d. R. V. Termin. d. c. 17. n. 12.* Quoniam  
scilicet actor hic dominum se esse contendit, adeoque si ex primo  
decreto jam possessionem nactus est, frustra dominium sibi ad-  
judicari per decretum petet, quod habere se fatetur. *Gl. in l. si  
finita sit. 15. §. si plures. 15. voc. prius. d. dam. inf. Ungep. ad d. t. n. 10.  
7. Bart. in l. 3. §. fin. d. A. P. n. 3. Gail. d. Arrest. Imp. c. 1. n. 15. 16.*  
In actione personali autem elapso aliquo temporis spatio  
(quod alii præcisè annum esse volunt. *per c. quoniam frequen-  
ter. §. in aliis. X. ut lit. non cont.* communior tamen est senten-  
tia, quod iudicis arbitrio relinquatur. *Menoch. lib. 2. de arbit.  
Jud. quæst. cas. 6. n. 13. Gail. d. Arrest. Imp. c. 1. n. 15.*) reoque de-  
nuo citato, sed rursus contumace. *l. Fulcinus 7. §. 1. c. 6. quid  
sit autem latitare. 4. quib. ex caus. in poss. Term. d. c. 17. n. 10.* Ju-  
dex ad secundum decretum procedit, quo causa cognita missus  
ex primio decreto verum possessorem declarat. *l. possideri  
3. §. ult. d. A. A. P. c. d. l. si finita. 15. §. non autem statim.* Qui  
proinde si reus dominus fuit, & ipse Dominium consequitur.  
*e. quoniam frequenter. §. in aliis, ut lit. non contest. c. 1. 2. d. dol. c.  
cont. l. 1. pr. d. fund. dot. l. sed si res s. l. communi. 7. §. plant. 9.  
comm. divid. Gail. d. arrest. c. 17. n. 15.* Sin minus, in usucapi-  
endi conditione constituitur. *l. Pratoris. §. pr. l. his qui. 12. d.  
dam. inf. Dn. Ungep. d. tit. n. 5. Termin. d. c. 17. n. 9.* Et hoc ita fit  
propter nimiam rei contumaciam. *Panormit. in c. 1. n. 10. d.  
dol. c. cont. Gail. d. c. 17. n. 15.*

## XI.

Interdum verò hæc missio in possessionem non admit-  
titur, sed loco ejus decernitur; vel i. sequestratio bonorum,  
vel fructuum. *c. 2. x. d. dol. c. cont. c. 1. c. cap. fin. d. sequestr. poss.*  
Quod potissimum fieri solet iis casibus: ubi vel ob circumstan-  
tias durior quodammodo videtur esse missio illa; vel quando  
causa per se non admittit immissionem: veluti in beneficiali-  
bus. *c. 1. x. de eo qui in poss. mis. Cas. ibid. n. 4.* Vel etiam quando



ex missione periculum metuitur, ne dominus, & missus in  
communione bonorum, quam ita habent, ad arma perve-  
niant. *Coll. Jur. A. g. ad Tit. si quis Judic. non obt. § 23.* Vel  
2. pignora capiuntur. *l. 1. §. 4. l. 5. §. 10. d. agnos. & ale. lib.*  
*l. 1. §. 1. d. ventr. insp.* Atque ita proceditur ante litis conte-  
stationem; post litis contestationem verò actor procedere  
potest ad sententiam definitivam in causa principali: ubi si for-  
tè reus ex causæ bonitate victor existit, expensarum solutione  
contumaciam luet. *l. 13. §. 3. c. d. Judic. Vmm. Disp. 6. §. 3.* Quod  
si verò ita de causæ veritate constare nequit, in actione reali  
proceditur *juxta l. 8. C. quom. & quand. Jud.* In personali verò  
fiet missio in possessionem pro mensura debiti summarie  
declarati. *juxta Avib. & qui jurat. C. d. bon. avth. Jud. poss.*  
*Matth Col. decis. 104. n. 9.*

Poss. lit.,  
contest.

## XII.

In Camera Imperiali præter dictam immissionem dux  
etiam alia via actori patent. *O. C. p. 3. tit. 43. §. 5. so der Ant-  
wörter.* Nimirum actor potest agere contra rem contu-  
macem vel ad pœnam banni; vel in causa principali proce-  
dere ad definitivam, & decisionem causæ. Et optio est acto-  
ris, quam viam eligere velit. *d. tit. 43. Ayrer. Histor. proc. Jur.*  
*p. 11 c. 4. obs. 3. n. 63. Gail. 1. obs. 60. n. 2. 3.* Ad bannum actoris  
denud contumacem citari curabit ad videndum se describi,  
vel ad allegandum causas: quo emanente; tribusque elapsis  
Juridicis banni declaratio subsequitur. *d. tit. 43. §. doch wie  
der Kläger. Gilhans. arbor. Judic. civil. c. 5. ramusc. 4. n. 1.* Et hoc  
procedit etiam in causis pecuniariis ob insignem contumaci-  
am quâ quis contemnit Jurisdictionem Casaris, quam Ca-  
mera exercet, quod summum est delictum. *Gail. lib. 2. d. P. P.*  
*6. 2. n. 29.* Jam verò crescente contumacia etiam pœna cresce-  
re debet. *c. cordi. §. fin. d. appellat. in. 6. c. 2. de test. cog. Dd. ad. L.*  
*contumacia. §. 3. d. re Judic. & l. un. pr. si quis Jus. dic. Gail. lib. 1. d. P. P.*  
*c. 1. n. 4.* Cæterum hæc sententia banni definitiva non est, utpo-  
te quæ causam principalem non definit, sed purgata contuma-  
cia revocatur. *per text. in c. ex literis. d. constit. Gail. lib. 2. d. P. P.*  
*6. 3. n. 7.* & bannitus absolvitur à banno. *Gail. d. lib. 2. c. 6.*

De Jura  
Camerali



n. 4. ubi late exponit differentias inter bannum contumaciae, & delicti. Hæc de via banni. Sin actor in causa principali ad definitivam procedere malit: tunc disting. *juxta l. properandum, 13. §. sin autem reus, C. d. Judic. O. C. p. 3. tit. 43. §. 4.* an reus in judicio, cum semel comparuerit, litemque contestatus sit, an verò non: posteriori casu proclamate facto, lis quidem in contumaciam rei pro contestata habetur atque ad definitivam procedi potest. *Gail. 1. obs. 59. n. 7.* (secus atqui de Jure communi. *Gail. all. loc. Myns. cent. 4. obs. 67. uti supra dictum.*) actorque petenti terminus ad exhibendos articulos probatoriales præfigitur. *Gilhaus. arbor. Judic. civ. c. 5. ramusc. 4. n. 1.* Ipsi tamen articuli pro confessatis haberi nequeunt, sed actori incumbit, eos probare. *per text. in c. 2. d. confess. ibiq. Glos. O. C. p. 3. tit. 15. §. 7. junct. tit. 43. §. 4.* ratio, quia cum eo, qui nunquam comparuit, nondum Judicium inchoatum est, adeoque nec articuli pro confessatis haberi possunt. *Gail. 1. obs. 80. n. 3.* Et si actor intentionem suam probaverit, reus absens damnatur; sin minus, absolvitur in causa principali. *per d. l. properandum, §. sin autem. l. & post editum, 73. d. Judic.* actorque saltem in expensas propter contumaciam damnatur, *per d. l. properandum, §. si quidem. Auth. qui semel parte, Gail. 1. obs. 60. n. 7. 8. 9.* Priori verò casu articuli in contumaciam rei absentis pro confessatis haberi possunt, *per c. 2. d. confess. c. nullus. ibiq. Gl. d. præsump. & ita ad definitivam perveiri. Gail. d. obs. 60. n. 6. & 1. obs. 80. n. 2.*

XIII.

De Jure Sax.

De Jure Sax. aliter, & gravius punitur rei contumacia. Nam reus legitime citatus, nec comparens, ad petitionem actoris condemnatur in primo termino usque ad legitima impedimenta. *die Etschafften. Gl. ad text. in Landrecht. lib. 2. art. 9. lit. a. Col. d. proc. execut. p. 1. c. 2. n. 14. 15.* Ord. Judic. Elect. Sax. tit. 8. §. im Fall aber. *Carpzov. Ipr. for. p. 1. conf. 9. def. 3. & def. 12.* Quod si in secundo termino compareret, suaque impedimenta legitime probat. *Vid. Carpzov. d. c. 9. def. 10. & 11. salva*



salva res est, & reus à pœna contumaciæ liberatur. *d. loc. Dn. Carpzov. d. c. 9. def. 7. 8. 9. eâque purgatâ secundum Juris ordinem denuò proceditur. Col. d. proc. execut. p. 1. c. 2. n. 29. Dn. Carpzov. d. c. 9. def. 13.* Sin verò ea non probaverit, vel rursus contumaciter emaneat, condemnatur ad executionem causæque amissionem, perinde ac si legitimis probationibus esset convictus. *d. Ord. Proc. judic. Elect. Sax. tit. 10. §. in Fall aber. Dn. Carpz. d. const. 9. def. 14. Col. proces. Execut. p. 1. c. 2. n. 49. & p. 3. c. 10. n. 5.* Neque hoc Jure distinguitur: utrum ante, an post litem contestatam contumacia fuerit commissa; cum etiam in secundâ instantia eodem modo contra reos procedatur. *Col. decis. 104. n. 19.* Dixi: reum debere esse legitime citatum. Ut autem citatio sit legitime facta: requiritur 1. ut contineat terminum legalem, *vollkommenne Sâchf. Feil/* qui est 6. septiman. & 3. dier. à tempore scil. inquisitionis computandum. *Col. d. proces. Execut. p. 1. c. 2. n. 16. Ord Proc. Judic. Elect. Sax. tit. 10. §. Im Fall aber. 2.* requiritur, ut constet reo citationem fuisse insinuatam. *d. tit. 10.* Quibus deficientibus requisitis emanens tanquam contumax ad legitima impedimenta condemnari nequit. *dd. itxt. Dn. Carpz. d. const. 9. def. 16. 17.* In expensas tamen hoc casu condemnari possit traditur. *d. tit. 10. §. im Fall aber &c. vers. sonst aber &c. Dn. Carpzov. d. c. 9. d. 18.*

#### XIV.

In causis criminalibus ita proceditur. Si accusatus de crimine absens sit, citatur. *l. absentem, §. d. pœn. eo non comp.* In causis criminalibus, sententia nomen, itemque bona ejus annotantur. *Gilb. arbor. jud. crim. c. 5. ram. 1. n. 27.* Quo facto annotatus requiritur, & Præsidum Edictis sui copiam in judicio facere jubetur. *l. 1. d. requir. reis.* ad se excusandum, & purgandum. *l. 1. C. cod.* Si intra annum venit, in integrum restituitur. *Gilhausf. d. ram. 1. n. 27.* Sin contumaciter emaneat, bona ejus fisco irrevocabiliter vindicantur. *l. 2. C. cod. Col. decis. 108. n. 1.* Neque enim de Jure communi contra absentem, lite non contestata, ad sententiam definitivam seu condemnationem delicti, de quo reus absens accusatur, deveniri potest. *Gilhausf. d. ram. 1. n. 22.*



29. Quod etiam de Jure Canon. verum esse ait *Abb. in. E. veritas. n. 20. & 27. d. dol. & contum.* Scilicet si de poena corporis afflictiva agitur: nam si de relegatione, aut minori, etiam absens potest condemnari. *Bald. in l. absentem. 2. C. d. accusat. Gilb. d. loc. n. 26.* De hodierna vero consuetudine Jus illud annotationis ab usu recessit, adeoque statim contra reum proceditur, servatoque legitimo Juris ordine, vel absolvitur, non probato scil. crimine, refusus tamen expensis. *Dd. in d. l. properandum. §. si quidem. C. d. Judic. Gail. l. 2. d. P. c. 5. n. 10.* probato autem crimine etiam definitivè condemnatur. *Gilb. d. l. n. 28, 29.* quoniam secundum hodiernum usum contumax absens pro confesso habetur, adeoque ad mortem etiam damnari potest. *Gilb. d. l. n. 29.* Quod si tamen intra annum venit, ad purgandum se, de novo admittitur, & si se defende- rit, absolvitur, omniaque recuperat. *Gilb. d. l. n. 30.* Sin post annum venit, auditur quidem de crimine, *juxt. Ord. Carol. art. 155.* sed bona jam confiscata non recuperat. *Bernhard. Wurms. pract. for. l. 1. tit. 48. obs. 2. n. 4. Gilb. d. loc. n. 30.*

XV.

De Jure  
Sax.

Idem ferme obtinet de Jure Sax: Etenim reus per tri-  
na Edicta 14. diebus invicem distantia, aut etiam uno conti-  
nente tempus 6, septiman: *Col. dec. 104. n. 11. & decis. 108. n. 2.*  
& in process. execut. p. 1. c. 2. n. 14. legitime citatus, & in primo  
termino contumaciter emanens, tanquam confessus, & con-  
victus condemnatur in causa principali usque ad legitima im-  
pedimenta. *Landr. lib. 2. art. 9. pr. & art. 24.* Et si ea intra ter-  
minum Saxon. non probaverit, exbannitur, wird in die *Abt.*  
*erkläret. Landr. lib. 2. art. 45. §. 1. Col. d. proc. Execut. p. 1. c. 2. n. 14.*  
& *decis. 107. n. 14. Carpz. proc. Crim. p. 2. q. 60. n. 52.* In quo  
si contumaciter perseveraverit, neque intra præfixum tempus,  
quod anni, & diei esse solet, ab eo se expediat, in bannum de-  
mum superius declaratur, & vitæ, ac honoris iremque facule-  
tatum omnium periculo exponitur. *Landrecht. lib. 1. art. 38.*  
*Dan. Moll. ad Const. Elect. 13. n. 14. p. 4. Dn. Carpz. d. quest. 60.*  
*n. 51. vid. omnino Math. Col. decis. 108.* Accusatore vero con-  
tumaciter emanente, reus non tantum absolvitur ab instan-  
tia



43  
tia, sed etiam ab omni actione ipsa instituta, Von der Klage.  
Landr. lib. 2. art. 4. §. Klage denn niemand & art. 8. & prater ea  
in mulctam Judici exsolvendam damnatur contumax. Col. de-  
cis. 104. n. 22. 23.

XVI:

Præter hæcæ poenas, aliæ quoque obtinent pro diverfi-  
tate modorum, & actuum, quibus contumacia committitur.  
Nam I. in respondendo contumax habetur pro confesso. l. n.  
§. 4. d. interr. in Jur. sac. l. 14. §. 1. d. appell. & pro judicato l. 1.  
d. confes. l. 1. §. 2. §. 6. C. d. Jur. propt. calum. O. C. p. 7. tit. 15. §.  
begiebt sich: Landr. lib. 2. art. 9. lib. 3. art. 39. Ayer. proc. p. 1. c. 4.  
obs. 3. n. 41. Quod verò de Jure Civil. in criminalibus contra  
absentem non obtinet. Gilb. arb. judic. crim. c. 5. ram. 1. n. 23.  
Ayr. d. obs. 3. n. 43. præsens verò personali apprehensione &  
in carceratione coercetur. l. 8. ibique Gl. verb. cogendum. C.  
quom. & qu. Judex. Imò interdum tortura ad responden-  
dum cogitur. Bald. in l. accusationem. 6. C. d. his, qui accus.  
Ayr. d. obs. 3. n. 61. Coll. Jur. Arg. tit. si quis Jus dic. §. 23. Sic II.  
articuli positionales, ut & defensionales in causis civilibus in-  
contumaciam non solum rei, sed & actoris. per text. in c. non-  
licet. d. R. J. in 6. & c. ceterum. §. novis. d. Judic. pro confessis  
habentur. c. 2. d. confess. in 6. c. nullus d. presump. O. C. p. 3. tit. 15. §.  
tit. 43. §. 4. Gail. lib. 1. d. P. P. c. 15. n. 2. Simili modo III. Si-  
gilla in contumaciam debitoris neque in primo, neque secun-  
do termino recognoscere, aut jurato diffiteri volentis pro-  
recognitis habentur, & reus ad solutionem condemnatur  
una cum expensis. Magnificus Dn. Præses. in tract. d. Jur. &  
privileg. credit. Disp. 1. c. 1. Gail. d. c. 15. n. 14. seqq. Ubi idem  
observari ait in aliis Instrumentis, in causis scil. civilibus: nam  
in criminalibus cum probationes requirantur luce meridiana  
clariore. l. fin. C. d. probat. l. absentem. 5. de pæn. l. qui sen-  
tentiam, 16. C. end. qualis non est contumacia; ea igitur sola ad  
condemnandum hic in principali causa non sufficit. l. absen-  
tem. 6. C. d. accus. Gail. d. c. 15. n. 10. neque scripturâ, & instru-  
menta contra absentem, & respondere nolentem pro con-  
fessis haberi possunt. d. c. 15. n. 15. Quod tamen limitat v.  
C



21. in articulis rei defensionalibus, qui in contumaciam a-  
 ctoris pro confessis habentur, *arg. l. absentem. 5. d. pæn. Myns.*  
*cent. 5. obs. 13.* Itemque IV. in actu probatorio in contuma-  
 ciam absentis testes jurati perinde habentur, ac si præsens  
 fuisset. *per Auth. sed si quis ab aliquo. C. d. test. Prosp. Farin in*  
*var. quest. 11. num. 105.* Perdit etiam contumax benefici-  
 um interrogatorum exhibendorum, denique omnibus be-  
 neficiis in examinatione testium alias competentibus sese in-  
 dignum reddit. *Da in l. si quis ex aliena. d. Judic. Rutg Ru-*  
*land d. commiss. p. 2. lib. 2. c. 8. V.* Reus Juramentum ab acto-  
 re sibi delatum, nec referre, nec præstare volens pro confesso  
 habetur. *Goldst. proc. p. 2. c. 37. n. 7.* item actor Juramentum  
 calumniæ detrectans propter contumaciam condemnatur in  
 expensis, reusque absolvitur. *Goldst. proc. p. 2. c. 38. VI.*  
*Rem restituere nolens coercetur juramento in litem. §. 31. §. d.*  
*act. l. 68. d. R. V.* VII. Jure Can. contumax interdum ex-  
 communicatur. *c. 14. & c. certum est 11. cau. 11. quest. 3. c. 13. x.*  
*qui fil. sunt leg.* quam infamia sequitur, si præceptis Aposto-  
 licæ sedis contravererint. *arg. c. 5. x. d. major. & obed. c. 54. x.*  
*d. Elect.* VIII. Beneficio appellationis etiam privatur con-  
 tumax, *l. ex consensu. 23. §. si in ibi Gloss. & Bartol. d. appell. l. 1. C.*  
*quor. appell. non recip. Treutl. 2. Disput. 23. §. 2. Coll. Jurid. Ar-*  
*gent. ad Tit. si quis Jus dicent. §. 22. Ayr. proc. p. 1. c. 4. obs. 3. n.*  
*62:* Caterum notari velim non in omnibus contumaciæ mo-  
 dis æque gravem pœnam obtinere, sed quò gravior est con-  
 tumacia, eò graviolem esse pœnã. Hinc comparens sed non de-  
 bito modo litem contestans vel respondens, contumax qui-  
 dem est, *l. 11. §. nihil. d. interr. in Jur. fac.* Verùm pœna non  
 est tanta, quanta ejus, qui planè non comparet. Non itaq;  
 de Jur. Sax. in primo statim termino ad legitima impedimen-  
 ta sed ad refusionem expensarum condemnatur. *Ord. Proc.*  
*Jud. Elect. Sax. tit. 10. Dn. Carpz. Jur. for. p. 1. Const. 10. def. 12.*  
 Quod si neq; in secundo termino clarius litem contestatur, de-  
 nuò in expensas eum condemnandum cum expressa commi-  
 natione: si in contumacia perseveraverit, litem pro con-  
 testata, ipsumque pro confesso haberi, censet *Dn. Carpz. d. c. 10.*  
*def. 2.*

XVII.





## XVII.

Restat nunc ut dicamus: quomodo, & quando à contumacia pœnis quis excusetur. Non enim omnis, qui non comparet, contumax est; cum eum adversa valetudo, vel alia majoris causæ occupatio excusare possit. *l. 53. §. 2. d. re judic.* Proinde excusatur quis 1. per legitima impedimenta, ob quæ comparere non potuit citatus. Qualia sunt captivitas, adversa valetudo, peregrinatio longinqua, expeditio publica, *arg. l. 3. ex quib. caus. maj. in inegr. l. absentia. 140. d. R. I. Sandv. lib. 2. art. 7. Gilhaus. arbor. judic. crim. c. 5. ram. 1. n. 19. B. Ungep. ad tit. x. d. dol. & contum.* Præterea pestilentialis aer, tempestates insolitæ, & procellæ. *Damboud. præct. crim. c. 25.* Itemque si locus non sit tutus, *c. ex parte. x. d. appell. Gilh. arb. jud. crim. proleg. n. 28.* Vel citatus non habeat securitatem, vel mulier citata gravida sit, vel funere domestico impediatur, *per text. in l. non exigimus. 2. §. si quis 1. & seqq. si quis caut. in Jud. sist. B. Ungep. d. tit. n. 10. Gilhaus. d. ram. 1.* Et hæ causæ absentia possunt allegari per procuratorem, etiam in criminalibus. *l. servum quoque. 33. §. 2. d. procurat. Gail. lib. 1. d. P. P. c. 10. n. 16.* Licet aliàs in criminalibus procurator non admittatur. *l. pen. §. ad crimen. 1. d. pub. judic. Gail. d. loc.* De Jure Sax. quoties quis probabili aliqua ratione ductus non dolosè à Judicio abest, excusatur, & liberatur à condemnatione legitimi impedimenti, auditurque in causâ principali. *Coler. d. proc. execut. p. 1. c. 2. n. 21. vid. Dn. Carpzov. Ipr. for. p. 1. conf. 9. def. 7. 8. 9.* II. Contumaciam impedit incompetencia Judicis. *l. ult. d. Jurisd. l. 53. d. re judic.* III. Casus, quibus citatio nulla redditur. v. g. si quis die feriato citatus fuit, aut omissum est nomen Judicis, aut citati, aut citantis. *Trenl. 1. Dissp. 4. d. 3. aut præceptum est injustum, & sine causa emanavit. Dd. in l. 2. 3. si quis eum qui in Jus voc. Gil. arb. jud. crim. in prolegom. n. 28.* IV. Si citatio legitimum temporis spatium non continet. *l. 68. de Judic. l. 72. eod. l. 8. & Auth. seq. C. quom. & quan. Iud. contumax quis non est. Felin. in c. quoniam. 11. X. de probat. Dn. Carpz. Ipr. fo. p. 1. c. 2. def. 24.* Non tamen hoc casu emanens planè impunè fert; sed de Jure Sax. conde-

Contumacia purgatur.



condemnatur in expensas termini. *Ord. Jud. El. Sax. d. Anno 1622. tit. 10. §. in Gall aber. Dn. Carpz. d. const. 2. def. 24. V.* Si de insinuatione Citationis ex actis non constet, ad contumaciam procedi non potest. *O. C. p. 1. tit. 38.* Neque valet sententia; sed totus processus annullatur. *l. hac a. §. 11. ex quib. caus. in poss. Gail. 1. obs. 54. n. 7.* Neque de Jure Sax. in legitima impedimenta condemnatio fieri potest. *Ord. Jud. El. Sax. tit. 10. Carpzov. d. c. 2. d. 25.* Tollitur autem contumacia, ejusque effectus, vel remedio ordinario: ut per sententiam Judicis interlocutoriam. *arg. l. 14. d. re. judic. vel extraordinario: ut per restitutionem in integrum. Quæ datur vel majoribus ex supra allegatis justis impedimentorum causis. juxt. l. pen. & ult. d. rest. in integr. l. 7. §. ult. d. minor.* Vel minoribus, & pupillis, si curatorum, & tutorum substantia illis non sufficit ad refarciendum damnum. *l. 13. §. ult. C. d. Judic.* Atque ita purgata, sublataque contumacia causa redit in pristinum statum, ut secundum Juris ordinem denuò procedi possit. *l. 7. d. rest. in integr.* Hæc dixisse sufficiat: Quæ ut B. L. æqui bonique consulat, est, quod peto.

F I N I S





ULB Halle

3


005 132 592




VO 17











B.I.G.

Farbkarte #13

INAUGURALIS  
ICA

MACIA

IALI, 1663, 15

te Gratiã,

ni Jctorum in Illustri  
is Decreto,

ESIDIO  
Consultiss. ac Excellentiss.

IORI PHILIPPI

it. Palat. Cæsar, emi-

bl. famigeratissimi, Con-

lt. Jurid. Ordinarii, ut

Scabinat. Assessor.

avi simi.  
nã observantiã eorum colendi,

CENTIA

os in utroque Jure honores,

octoralia.

disquisitioni exponit

US GEORGI, Bohem.

AN. M. DC. LXIII.

in pomeridianis consuetis.

GEORG. JENGENWALDS.

~~12~~

15

12 1/2